



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. VIII. De Aureolis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

TOMVS I. 380 Disp. LXXXIV. De variis propriet. Beatit. Sect. VIII.

beatitudinem omnis ac felicitatis fontem eadant,
vult enim omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui tamen nec salvantur omnes, nec ad veritatis agnitionem perveniunt.

SECTIO OCTAVA.

De Aureolis.

I. **S**TELLO à stellâ differt in claritate: sic & resur-
rectio mortuorum, inquit Apostolus 1. ad Corinthis, cap. 15. v. 41. Hoc de Beatusitudine essentiali, hoc de accidentaliter verum habet; in visione enim, qua est Beatusitudo essentialis, aliusque eam consequentibus, non minus inter se inaequales sunt Sancti, quam stelle in luce. Cùm ergo de utraque hac beatusitudine multa jam dixerimus, solum restat, ut aliquid subjugamus de Aureolis.

II. **A**ureole, vel Laureole præmia accidentalia sunt, & diversæ in diversis Beatusitudinibus indicia seu tesseræ, ac certis quibuscum Sanctorum generibus peculiariter convenientia. Tres communiter à Theologis numerantur Aureole, Martyrum, Virginum, & Doctorum, quod nimur hæ tres Sanctorum classes, tres humani generis hostes peculiariter supererunt, Virgines carnem, Martyres mundum, Doctores dæmonem, utpote qui doctrinâ suâ, & monitis gregem Christi instruunt, & à dæmonis insidias defendunt.

III. **N**omine autem Doctorum hoc loco non intelliguntur illi, qui in secularibus scientiis versantur, ut Philosophia, Medicina, Jure civili &c. Quantumvis in his excellant, & in aliis instruendis elaborent; sed qui sacras tradunt disciplinas, ut sunt Theologi, Sacrarum Literarum interpres, & similis, quibus merito quis adjunxerit concionatores. His etiam addendos censeo confessarios, utpote qui confilio, adhortationibus, & præceptis homines à peccatis avertunt, & ad omnem honestatem, virtutisque exercitationem informant, summoque boni, tum privati, tum publici commodo, operam suam in Ecclesiâ collocant. Ad hoc verò ut quis Doctoris lauream in celo consequatur, sicut non requiriatur, ita nec sufficit quod in scientiis, etiam sacris, Theologii exempli causâ, ad Doctoris gradum fit evectus, nisi actu alias doceat; illis enim solis promittitur force, ut sicut stelle fulgeant in perpetuas eternitas, qui ad justitiam erudiant multos.

IV. **M**artyrum nomine hic significantur illi omnes, qui pro fide, aut virtute aliquâ defendenda mortem opteruerunt, vel qui tormentum ad necem ius inferendam sufficiens sustinuerunt, aut quibus ejusmodi inflatum est vulnus, ex quo mortis sequi soleat, quamvis præter rerum naturalium exigentiam, Deus eos ab interitu liberaverit: quod non sciel Sanctis contigisse audivimus.

V. **V**irgines hic, juxta communem Theologorum opinionem, consenserunt, qui per plenæ voluntariam, vel copulam, vel feminis effusionem licitam aut illicitam, hanc virginitatis gemmam non amiserunt: si autem ista cuiquam involuntarie, quo id cunque modo accideret, evenirent, lauream propterea non amitteret. Veteris etiam testamenti virginibus hanc lauream concedendam existimo, quamvis nonnullos videam in contraria esse sententia. Angelis Virginitatis laureola non competit.

VI. **A**d virginitatis tamen lauream ab hominibus obtinendam, præter carnis integratatem requiritur

propositum puritatem corporis ad finem usque virginitatis conseruandi. Licet autem hoc proposuim, vel aliquando non habuerint nonnulli, vel etiam interruperint, si nihilominus manente corporis integritate, illud renovent, & in eo moriantur, Virginitatis laureolam non amittent: Virginitas quippe mentis amissa reparari potest, quamvis reparari nequeat Virginitas corporis. Unde, ut cum S. Thoma affirmant communiter Theologi, infantes, ante usum rationis, & consequenter sine proprio conservanda Virginitatis ex hac vita decedentes, licet si aureola late accipiatur, pro peculiari scilicet gaudio de incorruptione corporis conservata dici aliquo modo possint habere Virginitatis laureolam, propriam tamen & perfectam illius laureolam non consequntur.

Quæres, utrum beatissima Virgo laureolam habeat Virginitatis? Negant aliqui, quod nimur nullam carnis rebellionem senserit, sicut Virginitatem sine difficultate conservaverit. Pars tamen affirmativa cum S. Thoma & aliis est tenenda. Ad id verò quod opponebatur responderet S. Thomas, quamvis Sanctissima Virgo tentationes à carne, seu intrinsecas, nullas habuerit, habuisse nihilominus eam tentationes ab extrinseco, seu à dæmoni immisso, utpote qui, nec ipsum quidem Christum reveritus fuit. In modo existimo glorioissimam hanc Virginem, laureolam Virginitatis habere longè perfectissimam: et si namque primi generis contraria castitatem tentationibus caruerit, feruentissimam à primo conceptionis instanti ad finem ultime vita, conservandæ Virginitatis actibus, iisque voto firmatis, peculiarem illam laudem ex temptationum illarum victoriâ procedentem compensavit. Unde ab Ecclesiâ titulus ei *Virgo Virginum*, quasi Virginitatis gloriam inter omnes longissimo intervallo præcellentibz tribuitur: de qua proinde dici non inconcinnè potest:

*Micat inter omnes
Virginis fidus, velut inter ignes
Luna minores.*

Quæres, quidnam fint hæ laureole, quas Sanctos in celo habitueros affirmissimus? Quoad Martyres, S. Augustinus lib. 22. de Civit. Dei, cap. 20. ait, sicut in Christo sacra illa stigmata, acerbissimæ, quam pro nobis perpetuus est, mortis indicia permanerunt, ita in Martyribus cicatrices, & vulnerum mansura vestigia, mortis quam ipsi pro Christo, justitiæ ac virtute subierunt, tesseram. Sed quia multi sine ullis inflictis vulneribus, aut sanguinis effusione mortem oppeterunt, ut qui fuerunt submersi, alia necessariò Martyribus assignanda laureola.

Dicendum itaque laureolas hæc omnes, tam Martyribus, quam Virginibus, ac Doctoribus competentes, vel in eximio aliquo dono spirituali confistere, corum animabus infuso, diverso tamen pro diversâ singulorum qualitate ac statu, ita ut eo conspectu, statim dignoscatur, Martyr sit, Doctoran Virgo: vel in speciali quodam gaudio accidentali: vel denique in diademate, aut re aliâ hujusmodi, ex pretiosissimis gemmis confectâ, que peculiarem eiusus gradum, dignitatem, & excellentiam intentibus demonstret.

Quamvis vero tribus tantum hisce Sanctorum generibus Aureole à Theologis communiter tribuantur: nonnulli tamen alii quibuscum, & in primis Religiosis, iisque præterea qui in particulari aliquâ virtute, ut oratione, humilitate, vel jejunio excelluerunt, singularemque in his, aut aliis virtutibus laudem sunt adepti, iis, inquam, laurcolam,

Iureolam, seu peculiarem harum rerum tessera in celo concedendam arbitrantur.

SECTIO NONA.

De beatitudine viae.

I. Aliqua in
hac vita
datur beat-
tudo.

NIhil apud Patres, nihil in divinis literis fre-
quentius, quam ut homines aliqui, etiam in
hac vita, appellantur beati: sic Psal. I. v. I. dicitur,
Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, &c.
Psal. II. v. I. Beati immaculati in via, qui ambulant
in lege Domini. Item Matth. 5. v. 3. Beati pauperes
spiritu: Beati mites: Beati qui lugent, &c. His au-
tem, & aliis Scriptura locis, de beatitudine hujus
vitae sermonem esse certum est.

II. Hæc porro praesentis vita beatitudo est duplex,
supernaturalis, & naturalis; neura quidem perfecta
(hic enim nihil ex omni parte beatum) sed variis
imperfectionibus & miseriis, quibus obnoxia est
mortalium conditio, permixta. De utraque hac
Beatitudine quedam obiter sunt dicenda.

III. Supernaturalis itaque beatitudo via, qua est
quædam participatio beatitudinis cœlestis, in iis
actibus consistit, quibus viatores ad comprehen-
sionem, seu felicissimum illum beatorum in celo
statum tendunt. Gratia quippe, cum sit semen
gloriarum, est quædam inchoata beatitudo, actusque
illi omnes, qui ad eum infusione & augmentum con-
ferunt, beatitudinem viae quodammodo constituant.
Principiæ tamen hæc via beatitudo in actibus Fidei,
Spei, & Charitatis sita est, utpote qui circa Deum,
beatitudinem objectivam, immediate versantur,
cumque, quantum viatoribus fas est, tenent, &
quodammodo possident. Hinc Beatitudo hæc su-
pernaturalis via s. Thoma, & Theologis appellatur
Beatitudo Spei: ex actibus namque hinc Theo-
logicis certa spes nascitur fore, ut quem hic ob-
scure cognoscunt, & imperfectè tantum diligunt,
clarè aliquando videant, & perfectissimo ex hac
visione orto amore aeternum prosequantur.

IV. Circa naturalem via beatitudinem, Vasquez
prima parte, Disputat, centesima vigesima-sexta, cap. 2. & huc Disputat. duodecima, ait, nihil ne-
que in hominibus, neque in Angelis dari naturale,
quod beatitudinis nomen mereatur, cum nihil na-
ture sit, cui coexistere in eadem personâ nequeat
peccatum mortale, summa miseria: in hujusmodi
autem peccata homines & Angeli, sibi relicti, sa-
pius absque dubio incident: ergo nulla datur na-
turale beatitudo via.

V. Communis tamen Theologorum sententia cum
S. Thoma 1. p. q. 62. art. 1. affirmat, dari finem
aliquem tam Angelis, quam hominibus à natura
præstitutum, ac proinde naturæ limites non excede-
mentem. Probatur: sicut enim res irrationales scopus
seu finem aliquem habent, ad quem suopte
naturæ unaquæque tendit, eoque obtento conque-
scit: ita recta ratio postulat, ut natura etiam ratio-
nalis habeat suum, cum non minus ordinata esse
debeant res rationales, quam irrationalies. Hic
vero finis nequit esse quid supernaturale, nihil
quippe supernaturale petere natura potest, nec ad
illud ordinari, cum, ut ipsum supernaturam no-
men sonat, sit aliquid naturæ vires excedens, &
consequenter ejusmodi, quod natura intra natu-
ram manens adipisci nequit, hic ergo finis non
est aliquid supernaturale, nihil enim tendit ad im-
possibile.

Probatur
dari hujus-
modi finem
naturalem.

Siquis vero querat in quo naturalis hæc via bea-
titudo consistat: dico beatitudinem objectivam nec
esse honores, nec voluptates, nec divitias, nec
aliud quidquam creatum, sed solum Deum, ut va.
Dipl. præcedente dixi sect. 2. & fuisse ostendi in
Prometho Christiano, Disp. 7. & decimam.

Dices: Deus homines & Angelos, totamque
deo naturam rationalem evexit ad finem superna-
turalem, naturali multò priorē: quid ergo opus
alio fine; per hunc enim & providentia divina,
& creaturæ rationalis exigentia, abundè videtur
satisfactum. Sed contra: elevatio siquidem ad fi-
nem supernaturalem est naturæ rationali omnino
indebita; unde Deus, nullā vi vel homini vel An-
gelo illatā, potuerit eos ad hunc finem non ele-
vare, sed intra naturæ limites reliquise.

Præter hunc ergo finem, Beatitudinem nim-
rum supernaturalem, alijs esse debet iis à naturâ
constitutus finis, beatitudo scilicet naturalis, quem
in statu illo puræ naturæ prosequi debuissent, &
consequenter potuerint obtinere. Hunc autem
finem non tollit evenitio ad finem supernaturalem,
gratia enim non destruit, sed perficit naturam.
Accedit, antiquos Philosophos, quamvis in quo
hic finis, seu Beatitudo consistat, inter se discre-
paverint, in eo tamen ad unum omnes, vel ipso
natura lumine confipiente, aliquem scilicet dari
finem ultimum, quo collineare cuncti debeant,
eumque obtinere totis viribus contendant: qua de
re fulas etiam disputationes instituerunt.

Supernatu-
ralis finis
non destruit
naturalem.

Beatitudo
supernatu-
ralis homini
& Angelo
placè effi-
debita.

VII.

Beatitudi-
nem natu-
ralis agno-
verunt om-
nes Philoso-
phi.

SECTIO DECIMA.

Satisfit difficultatibus circa beatitudi-
nem viae: & beatitudo pure
natura declaratur.

A illud itaque, quod num. 4. opponebat
Vasquez, posse scilicet naturalem hanc via
beatitudinem cum peccato mortali, & alii hujus
vitæ miseriis consistere, solum arguit illam vocan-
dam esse beatitudinem imperfectam, ut eam appelle-
at Aristoteles 1. Ethic. cap. 10. & S. Thomas 1. 2.
quest. 3. art. 2. ad quartum, & art. 6. Corpore,
& alijs.

Nec etiam urget quod objicit idem Vasquez, Quod actus
ideo scilicet dari non posse beatitudinem naturalem, nō trahi via
quia actus nostri, in quibus statui deberet, sunt
exigua durationis, & crebro ac facile interrum-
puntur; cum tamen beatitudo, diuturna esse de-
bet, imò perpetua. Sed contra: hoc enim similiter
probaret nullam in hac vitâ dari beatitudinem su-
pernaturalem, cum actus supernaturales non mi-
nus frequenter & facile interrumpantur, quam na-
turales. Respondet itaque cum S. Thoma 1. 2.
q. 3. art. 2. ad 4. hoc solum probare ommem, quan-
in hac vitâ habemus beatitudinem, non esse ulque-
quaque perfectam: In presenti vita, inquit San-
ctus Doctor, quantum deficiens ab unitate & con-
tinuitate talis operationis, tantum deficiens à beatitu-
dine perfectione. Est tamen aliqua participatio beatitudo,
&c.

Siquis vero querat in quo naturalis hæc via bea-
titudo consistat: dico beatitudinem objectivam nec
esse honores, nec voluptates, nec divitias, nec
aliud quidquam creatum, sed solum Deum, ut va.
Dipl. præcedente dixi sect. 2. & fuisse ostendi in
Prometho Christiano, Disp. 7. & decimam.

Quemadmodum autem Beatitudo patriæ in
clara Dei, beatitudinis objectiva, visione, & bea-
titudo supernaturalis via in ejusdem cognitione
obscura supernaturali, & alijs actibus eam sequen-
tibus juxta suprà dicta, sita est: ita Beatitudo na-
turale via in naturali & abstractivâ Dei contem-
platione

I.

Beatitudo
naturalis
est imperfe-
cta.

II.

II.

Beatitudo
naturalis
dari beatitudo
naturale.

III.

Beatitudo
naturalis
est imperfe-
cta.

III.

Beatitudo
naturalis
dari beatitudo
naturale.

IV.

Beatitudo
naturalis
est imperfe-
cta.

Supernatu-
ralis finis
non destruit
naturam.

Beatitudo
supernatu-
ralis homini
& Angelo
placè effi-
debita.

VII.

Beatitudo
supernatu-
ralis agno-
verunt om-
nes Philoso-
phi.

Beatitudo
supernatu-
ralis est imperfe-
cta.

Beatitudo
supernatu-
ralis dari
beatitudo
naturale.

Beatitudo
supernatu-
ralis est imperfe-
cta.

Beatitudo
supernatu-
ralis dari
beatitudo
naturale.

Beatitudo
supernatu-
ralis est imperfe-
cta.

Beatitudo
supernatu-
ralis dari
beatitudo
naturale.

Beatitudo
supernatu-
ralis est imperfe-
cta.

Beatitudo
supernatu-
ralis dari
beatitudo
naturale.

Beatitudo
supernatu-
ralis est imperfe-
cta.

Beatitudo
supernatu-
ralis dari
beatitudo
naturale.

Beatitudo